Animabus Communionis n.º 290
Non Communicantibus n.º 110
Animæ omnes vero n.º 400

De Ecclesia Parochiali
S. Clementis
Die 9 Aprilis 1719

Ill.mus et R.mus D. cum suis Convisitatoribus accessit ad dictam Ecclesiam, et de more exceptus fuit à R. D. Iulio Mazzochi Parocho, et peracta absolutione Defunctorum visitavit, et decrevit ut infra.

De SS. Eucaristiæ Sacram.to

Post adorationem, et Thurificationem SS. Sacram.ti visitavit Pixidem et Tabernaculum, et omnia invenit ad formam, atq. cum eod. SS. Sacram.to Populo benedixit.

De Sacro Oleo Infirmorum.

Asservatur in medio duorum Altarium Ecclesiæ in Custodia marmorea antiquæ structuræ, mandavitq. apponi Crucem in vasculo.

De Altare Maiori

Dicatum est S. Clementi et in eo existunt onera missarum ut infra

Omnibus diebus Dominicis, et Festis de præcepto celebrat Parochus cum applicatione pro Populo.

Item missas vigintì pro anima q. Lucretiæ Duliani
240 Item tenetur celebrari facere Missas quinq. in festo S. Sylvestri
160 Missas quindecim annuas pro an.ª q. Nicolai Lelebronij
400 Missas octo ex legº. et pro an.ª q. Angeli Asati. De quar. adim-
plemtº Ill.mus D. mandavit doceri infra quindecim
Inspecto Altare mandavit provideri de Tela cerata et seragula
quæ illud cooperiat post finitas missas

De Altare S. Joseph sivè
Nativitatis Dni nri.

Adest legatum Missar. sex annuar. pro an.ª q. Mose Cherubini
Ill.mus D. mandavit doceri de adimplemtº et provideri ut supª.

De Confessionali

Unicum Confessionale repertum fuit ad formam.

De Sacristia

Invenit sufficienter provisam, et decenter retentam, solùmquè
mandavit illam dealbari

De Sepulturis

Confirmavit Decreta Epor. Antecessor. quod Cadavera Viror.
sepeliantur separata à Cadaveribus Mulier. sub pœnis

De tota Eccla.

Possidet bona descripta in Invent.º exhibito et allegato
in actis pº. 1. fol. 114 Ill.mus D. mandavit reincalcinari
in partibus necessarijs

De Campanile

Situm est à parte dextera ingressus Ecclæ., et in eodem
adsunt Campanæ retentæ ad formam.

De libris Parochialibus

Mandauit deferri ad Palatium Ep.le ad effectum recognoscendi, et subscribendi.

De Domo Parochiali

Mansio Parochi est prope Sacristiam, et bene detinetur per modernum Rectorem.

De Statu Animarum

Tota Parochia constat

Focularibus n.o 116

Animabus Communionis n.o 324

Non Communicantibus n.o 164

Animae Omnes sunt n.o 488

De Eccl.a Parochiali S. Benedicti

Die 10 8bris 1719

Rector Eccl.ae D. Clemens Giouannoli laborabat morbo ideoq. Illmus D. exceptus fuit ab eius Substituto, et peracta absolutione Defunctorum visitauit, et decreuit ut infra

De SS. Eucaristiae Sacram.to

Asseruatur SS. Sacramentum in Tabernaculo Marmoreo existente in unico Altare dicato D. Benedicto quod Illmus D. inuenit ad formam, et cum eo Populo benedixit.

De Sacro Oleo Infirmorum

A Cornu Euangelij eiusdem Altaris adest custodia pro Oleo Sancto, sed propter humiditatem Parochus illud